UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

[Lec]tori Candido Iosephvs Langivs S. P. D.

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

# CTORI CANDIDO
## IOSEPHVS LANGIVS
### S. P. D.

EXHIBEMVS tibi, Lector humanissime, nouum opus nouæ Polyantheæ, studio quidem & opera nostra perfectum: ornatissimi autem viri LAZARI ZETZNERI, Bibliopolæ, de literis que literatis optime meriti, cura & sumptu, nec non Typorum, vti videdes, cum elegantia tum varietate adornatum & distinctum. Polyantheam nouam cum diximus: omnia comprehendisse nos existima, quæ & de opere ipso, & de nostro labore, quem in egestaurando adhibuimus, deq; differentia huius nostræ & aliarum editionum dici possunt ac debent. Nam primum quidem ad Polyantheæ nomen quod attinet, quo vtissimum hoc opus à primo autore, eruditissimo viro Nano Mirabellio ante centum annos fuit insignitum, retinendum id multas ob causas esse putauimus: & retineri quoq; iure quam optimo à nobis posse, bonis nonnullis & doctis viris visum est. Si enim Dominicus ille Nanus operi suo tunc primum in lucem prodeunti hoc esse nomnis ideo voluit; quod ex fragrantissimis tam sacrorum quam prophanorum authorum viridariis eclectorum flosculorum multitudinem contineret: multo sane id rectius de hoc libro nostro prædicari & dici poterit. Non enim hic certis tantum ac definitis quibusdam additionibus, aut sententiarum tenere congestarum quadam farragine amplificatus, sed innumeris prope cum sacris tum profanis sententiis, nec non Apophthegmatis Similitudinibus, Adagiis, Exemplis, Emblematis, Hieroglyphicis & Fabulis auctus, locupletatus, exornatus in lucem hominumque conspectum producitur. Quod quidem ita se habere diligens Lector manifesto comperiet: si aliquam inter priores editiones & hanc nostram, volet comparationem instituere, remq; accuratiùs considerante locum cum loco conferre non dedignabitur. Siue enim ipsius Mirabellii editio seorsim sola, siue decasis, quæ à Bartholomæo Amantio & Francisco Tortio in simili argumento collecta, & postea à Cuiverno Cholino Mirabellianis adiecta sunt, coniuncta consideretur: apparebit sane præter Definitionum ac Diuisionum plerisque in locis accumulatarum acerum, præter item sententias ex sacris libris & Patrum monumentis excerptas, paruum admodum pauperemq; reliquarum rerum plerisque totius apparatum contineri. Nam Apophthegmatum atque Similitudinum, Adagiorum item & suauiloquiorum opes, quæ & locupletare & exornare orationem maxime possunt, tam angusto circumscribuntur ac finiuntur pomerio, vt non raro Lector auidus post ex haustũ irritæ inquisitionis tædium, fastidiu vacua, indignabundus cogatur discedere. Vt interim nihil dicamus de Emblematis, Hieroglyphicis, Apologis siue Fabulis, autorum item siue scriptorum nominibus: quæ adeo parce ac tenuiter abillis sunt collecta & consignata, vt vel omnia vel singula vix ter quaterve in toto opere liceat inuenire. At nostra hæc editio, præter item sententias sacræ scripturæ & Patrum, locos quoque continet Biblicos numeris librorum sacrorum & capitum atque versuum breuiter tantum expressos: habet auctam sententiarum poeticarum & Philosophicarum supellectilem: offert Apophthegmatum & Similitudinum non aspernandam varietatem & copiam: adducit plerisque in locis, vbi materiarum id ratio permittit Exempla tum sacra ex Bibliis, tum profana ex cæterorum Historicorum monumentis petita. Emblemata vero, Hieroglyphica, Fabulæ & Scriptorum nomina, etsi non omnibus æque titulis subiciuntur, certisque de ca[illegible] id raro subiici non possint: tamen frequentius hic quam in vlla superiorum editionum conspiciuntur apposita. Vnde profecto Lectori Candido minime obscurum esse potest, hanc nostram editionem non solum flosculorum numero præclarè adauctam: sed etiam ea de causa vetus Polyantheæ nomen iure meritoque retinere. Quod verò eandem Nouam indigitare nobis placuit: haud præter rationem id quoq; factum esse, demonstrandum est. Nam etsi fatendum nobis sit, & libenter ingenuèque fateantur, nos huius operis nec primos inuentores existere: nec ad id locupletandum poliendumve primos manum admouisse: tamen vel ipso liuore teste, nobis concedendum est: nos de emendando eius ordine ac titulorum dispositione: deq; materiarum & sententiarum tollenda confusione, quæ per integrum iam seculum (quod vehementer mirandum est) omnes editiones occupauit, primos consilium curamque suscepisse. Cum enim partim ipsi animaduerteremus, partim abiis, quorum manibus priores editiones frequentius terebantur, edoceremur, quantum in illis cum [illegible] materiarum indices [illegible] sententiarum, operia recte disponenda esset aberra-

[illegible] Fortique Concetanea, per [illegible] de nomine Lectoris tædio-
ta: breuiter, vbi tanta passim materiarum, titul[illegible]um, sententiarum[illegible] offerre
confusio, quanta vix rudem illam indigestamque molem siue Chaos Ouidi
dum est: arbitrati profecto sumus, nos politioris literaturæ studiosis, iisque
gratissimam facturos: si quantum fieri quidem posset, sublata confusione illa, co
dispositionem ac titulorum seriem induceremus. Itaque resectis primum superflu
biguis quoque plurimis in locis (neque in omnibus enim plane licuit) correctis,
num reductis seligi cætera & ad certas classes atque distincta quasi domicilia reuo
primus quidem locus Definitionibus & Ethymologiis; secundus verdiuisionibu
ea Sententiæ Biblicæ & Loci Sacræ Scripturæ seorsim, tertium & quartum locum
his quoque separatæ Patrum siue Ecclesiasticorum Doctorum sententæ sedem su
bus Gnomæ Poetarum suis inclusæ finibus subiiciuntur. Philosophorum porro pl
& Historicorum sententiis coniuncta, quod non magnam hæc inter s diffimilitu
rentur, sub vnum Philosophicarum Sententiarum indicem congesta sint. Ab hi
suam quæque tribum obtinent Apophthegmata, Similitudines; Adaia: quibu
stincta terminis Exempla cum sacra tum profana succedunt: Hæc postremo suis
indicibus sequuntur Hieroglyphica, Emblemata, Fabulæ atque Scriptorum nom
mnia ita disposita & ordinata sunt: vt Lector humanus citra errorem ut tædiun
genere, quæ proposito suo accommodata iudicabit, facillime possit deromere:
noua plane facies ac forma inducta esse videatur. Quod si igitur domm illam
mus, quæ, quod ad vsum habitantium minus esset commoda, periti articis consi
tim exiisdem ruderibus, partim verò noua materia, conclauibus tamen cubiculi
tis, restaurata est: cur, quæso, Polyantheam hanc nostram eo insignire Epitheto no
ex ruinis ruderibusque veteris editionis, inutilibus, ineptis & superflus prius re
utilibus appositis, necessariis ac nouis aliunde assumptis, & quod caput est titulo
ordine correcto reparata, Reipublicæ literariæ est restituta? Quod igitur reliqui
mur, Lectorem beneuolum nostros in hoc restaurando opere conatus, labores
ac liberali animo accepturum: si quid etiam in hac iterata editione veln serie ti
rum delectu vel distinctione & ordine sententiarum à nobis minus contenienter
henderit, non voluntate ac studio, sed imbecillitate humana lapsis, veniam benigr
mur autem ac spondemus seriò, quicquid in hac editione forte neglectum est, id r
missis bonorum & doctorum virorum admonitionibus certiores facti ermus, in
& industria plenius effectum daturos. Vale, Lector humanissime: & si quis stud
hoc labore nostro attulimus, quod sane magnopere optamus, nos tu vicissim co
burgi Brisgojæ Mense Martio Anni 1607.